



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

33. Spectra interdiu, aut noctu ocurrentia signo Crucis fugat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

III.

AMATOR CRUCIFIXI

*Spectra interdum aut noctu occurrentia
signo Crucis fugat.*

33.

*Terrion-
lamenta
diei & no-
ctis.*

Nihil est efficacius contra terricu-
lamenta diurna & nocturna, con-
tra lemures hominibus infestos, con-
tra larvas strepitum excitantes, con-
tra umbras in tenebris occurrentes,
contra striges, inauspicatas volucres
stridoribus noctem funestantes, con-
tra lamias & Empusas, denique, contra
Faunos & Satyros in silvis occurrentes,
quàm SIGNVM CRVCIS. Quare quam
primum illud CRVCIFIXI Amator, & à
spectris terrificum terrorem incurien-
tibus facillimè se liberat.

CVM A. B. PAVLVS primus Eremita iā
centum tredecim annos vitam cale-
stem ageret in desertis, & nonagenarius
in alia à Pauli solitudine ANTONIVS
moraretur, hæc Antonio in mentem in-
cidit cogitatio, vt ipse solebat asserere,
nullum vltra se perfectum Monachum
in eremo consedisse. At illi per noctem
quiescenti reuelatum est, esse alium vl-
terius multo se meliorem, ad quem vi-
tendum deberet proficisci.

S. PAVLVS
Eremita
primus.
S. ANTONIVS.

Itaque

92 CHRISTVS CRVCFIXVS

*S. Antonij
iter ad S.
Paulum.*

*Hippocen-
taurus.*

*Eremus
monstrorū
ferax.*

Itaque illic d'erumpente luce vene-
rabilis senex infirmos artus baculo re-
gente sustentans, cepit ire velle, quō
nesciebat. Et iam media dies, coquente
de super sole, feruebat, nec tamen à cæ-
pro itinere abducebatur, dicens: Credo
in DEVM meum, quod seruum suum,
quem mihi promisit, ostendet. Nec plu-
ra his, conspexit hominem equo mix-
tum, cui opinio Poëtarum Hippocen-
tauro nomen indidit. Quo viso, CRV-
cis impressione armat frontem, &
Heus tu, inquit, qua- nam in parte Ser-
uus DEI habitat? At ille barbarum ne-
scio quid infrendens, & frangens po-
tius verba, quàm proloquēs, inter hor-
rentia ora lenis blandum quasi fuit allo-
quium, & dexterae protensione manus,
capitum indicat iter: & sic patentes cā-
pos, volucris transmittens fugā, ex ocu-
lis mirantis evanuit.

VERVM hæc vitrum Diabolus ad ter-
rendum eum simulauerit, an, vt solet, e-
remus mostrosorum animalium ferax,
istam quoq; gignat bestiam, incertum
habemus. *b* Hoc constat, terriculamē-
tum istud, indeque terrorem, facile SI-
CINO CRVVIS fronte picto Antonium,
optimæ consuetudinis memorem su-
perasse.

Eodem

Eodem armaturæ genere vsum ad al- *Homun-*
 terius occursum non dubito. Mox e- *culæ Sa-*
 nim inter saxosam conuallem haud grā- *tyri instar.*
 dem homunculum videt ad uncis nari-
 bus, fronte cornibus asperata, cuius ex-
 trema pars corporis in caprarum pedes
 definebat. Infractus autem & hoc An-
 tonius spectaculo Scutum fidei & lori-
 cam spei, quæ nunquam sunt sine CRV- *Cruce pel-*
 ce, immò sunt CRUX ipsa, vt bonus præ- *li mon-*
 liator arripuit: nihilominus memora- *stra.*
 tum animal palmarum fructus eidem ad
 viaticum, quasi pacis obsides, offere-
 bat. Quo cognito, gradum pressit An-
 tonius, & quisnam esset interrogans hoc
 ab eo responsum accepit.

Mortalis ego sum, & vnus ex acco- *Accola*
 lis eremi, quos vario delusæ errore gen- *eremi.*
 tilitas Faunos, Satyros, & incubos vo- *Fauni.*
 cās colit. Legatione fungor gregis mei; *Satyri.*
 precamur, vt pro nobis communem *Incubi.*
 DEVM deprecetur, quem pro salute mū-
 di venisse cognouimus, & in vniuer-
 sam terrā exijt sonus eius. Talia eolo-
 quente, longæuus viator vbertim faciē
 lacrymis rigabat, quas magnitudo læti-
 tix indices cordis effuderat. Gaudebat
 quippe de CHRISTI CRUCEFIXI gloria,
 & de interitu Satanz.

Simul autem admirans, quod eius
 posset

94 CHRISTVS CRVCFIXVS

posset intelligere sermonem, & baculo humum percuziens, aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris. Necdum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit.

a. S. Hieronymus tom. 1. epist. Surius 10. Ianuar. Baronius tom. 2. & 3. Annal.

b. Hippocentaurum aliquando natum testatur Plinius lib. 7. cap. 3.

c. Sub Imper. Constantino Alexandriam huiusmodi homo vivus fuit perductus, postea occidit ex animo, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum est, ut S. Hieronymus ibidem subdit.

IV.

AMATOR CRVCFIXI

in Mundo, tanquam in mari magno nauigans, utitur Cruce, tanquam pyxidicula nautica; & navi se committens, ut in Oceano nauiget, utitur libenter versorio magnetico in formam Crucis facto.

34.
Mundus
Mare.

PRIVS illud est symbolicum: posterius contingit absque symbolo, per instrumentum, quo utuntur nautæ. A. Itaque Amator CRVCFIXI habet Mundum